

BS1145

L3

U.12

1.89.1



FONDO EXTERIOR
VALVERDE Y TELLEZ

COMMENTARIUS

IN JEREMIAM.

ARGUMENTUM.

Jeremias, ait S. Hieronymus in cap. 1, hic, imminente captivitate, Dei clementia mittitur ad populum, ut cum ad penitentiam excitet, itaque ipse captivitatem Babyloniam jam instantem evadat. Sub idem tempus prophetavit Ezechiel: sed Jeremias, quasi columna labantis urbis et regni, ut patet cap. 1, vers. 18, ante in Iuda, Ezechiel post Jeremiam, anno 33, in Babylone captus, vacinatus est.

Quæstro I. Queres primo, quo anno experit prophetare, quo deserit Jeremias? Respondeo primo, ex cap. 1, 2, patet eum copiisse anno 13 Josie regis, cum esset adhuc puer, ait S. Hieronymus et alii, idque patet cap. 1, 7. Cœpit ergo prophetare existens annorum 14, aut 13, cum Media, teste Eusebio, imperaret Phœnix, Romanus Ancus Marcius, & cœpisset Psammetichus Senior, Olympiade 36, anno mundi 3318; in hunc enim annum mundi incidit annus 13 Josie, qui fuit ante Christi nativitatem annus 632. Hinc sequitur Jeremiam copiisse prophetare, post Isiam anno 163; ante Ezechielum (qui cœpil anno 3 transmigrationis Joachim, *Ezch.* 1, 2), anno 34; ante Danielem (qui cœpil anno 5 ab excisa Jerusalem), anno 54.

Serundo, prophetavit Jeremias sub quinque regibus, scilicet sub Josia annos 19, sub Joachaz filio Josie tres menses : sub Joakin fratre Joachaz, et filio Josie, annos 11, sub Joachin filio Joakin tres menses : sub Sedecia fratre Joachaz et filio Josie annos 11, usque ad mensem 3 anni illius undecimi, quo capta est a Chaldeis Jerusalem, in qua et Jeremias captus est, sed liberaliter habitus a Nabuchodonosore; quia ejus victoriam contra Iudeos predixerat, eisque snaraserat ut ei se darent, cap. XXIX, 11. Prophetavit ergo annis 41 in Iudea: in qua per Chaldeos eversa remansit, ut reliquias populi esset solatio (1).

(1) Recte vero observat Abarbenel quod in enumeratione regum Iudea quibus regnabunt Jeremias vaticina edidit, non memoratur Joachaz qui ante Joakin regnavit, rationem esse hanc, quod Joachaz tres duxerat menses regnavit, qui sub annis Joakin comprehenduntur, quemadmodum nec Jechone, qui Joakin successit, mentio fit, quod is quoque non nisi tribus mensibus regnum administravit.

Tertio, ex Iudea Iudeis fugientibus Chaldeos contra jussum Domini in Egyptum abductus est in Taphnis, ibique in Taphnis (urbe regia, ubi Moses coram Pharaone fecit miracula) prophetavit, ut patet cap. XLII et XLIV, per annos 4, scilicet ad annum 4 captivitatis et excedit Jerusalēm, qui erat Nabuchodonosoris 23, quo predixit Jeremias Pharaonem, qui dictus est Ephree, vel Vaphre, regem Egypti, a Nabuchodonosore vincendum et occidendum, quod contigit anno sequenti, teste Josepho, X Antiqu. XI. Quare universim prophetavit Jeremias annis 45, cumque copierrit puer 14 circiter annorum, sequitur cum occidit esse sexagenarium, anno mundi 3363.

Quarto, cum in Taphnis Jeremias suis Hebreis et toti Egypto cladem minaretur, quia mox per Nabuchodonosorem evenit, a suis concubis lapidibus obrutus, martyr occubuit. Ita S. Hieronymus, Tertullianus, Dorotheus, Epiphanius, De Vita Prophetarum; Isidorus, De Vita et morte Sanctorum. Perperam ergo R. Salomon, ex cap. XLIV, 28, opinatur Jeremiam cum Baruch ex Egypto in Judean redisse.

Addit Dorothœus, Epiphanius et Isidorus, perenos quos sit fides, Jeremiam in Taphnis sepulatum, et in magno honore ejus sepulcrum ab Egyptis habuit fuisse: eo quod ipse sub precibus inde aspides, crocodilos et immanes feras profligasset, et in dies pulvere e sepulcro suo accepto profligaret. Porro Joannes Moschus in Prato spirituali, tradit, cap. LXVII, ossa Jeremiae inde ab Alexandre Magno translata esse Alexandriam, urbem ab eo conditam, ibique coli in Tetraplo. Addit Chronicum Alexandrinum vetustum, sed nuper editum a Nostra Radero, Alexandrum illustre monumentum Jeremiam cineribus exactasse: sicut Nicophorus, lib. VIII, cap. XXX, narrat, quod illi erectum a S. Helena matre Constantini:

Denique adjiciunt Dorotheus et Epiphanius, quod Jeremias in Egypto sacerdotibus Egyptis predixerit futurum, ut omnia eorum similia considerant, cum Virgo mater in Egyptum cum suis ascenderet infante, idque ita accidisse, cum Deipar ducens puerum Jesum Egyptum intravit; de quo plura cap. XLIV, in fine Jeremias catalogo Sanctorum in Martyrologio adscriptus est.

PROLEGOMENA IN JEREMIAM PROFETAM.

4 maij. Sic enim eo die legimus in *Romano Martyrol.*: «In Egypto S. Jeremie Prophete, qui a populo lapidibus obrutus, apud Taphnas occubuit, ibique sepultus est: ad cuius sepulcrum fidèles (ut refert S. Epiphanius) supplicare conseruerunt, indeque sumpto pulvere, aspidum mortisibus indentur. »

QUESTIO II. Quæres secundo, quis et qualis fuerit Jeremias?

Respondeo primo, fuit filius Heleciae : an Pontificis illius celebris sub Josia, dicam cap. 1, 4. Oriundus fuit ex Anathoth, quae erat urbs in tribu Benjamin, tribus milliaribus distans a Ierusalem, eratque sacerdotibus attributa, ut patet Josue xxi, 18.

*Secunda, Jeremias in utero matris fuit sanctificatus et consecratus Propheta, ut patet cap. i, 5; hinc tota via mansit virgo, teste S. Ignatio, epist. ad Philadelph., et Isidore, De Vita et morte Prophetarum, cap. xxxvii, idque satis liquet ex cap. xvi, 2, quamvis Chaldeus Interpres, cap. xxxvii, 12, cum filios habuisse putet. Quocirca S. Hieronymus, prologo in *Jeremias*, de eo sic ait: « Virginitatem sua Evangelicum virum Christi Ecclesie dedicamus. » Idem, lib. 1 *Contra Ariana*, virginitalis merito tribuit, quod omnibus in Babylonem dactis, ac exterris omnibus, etiam templo, solo aquatis, scilicet Jeremias non modo servatus, sed vindictorum dominio dependens sit. Et « cum Naumonodosor, aliis, Nabuzardano de Sanctis sanctorum non praecepit, praecepit tamen de Jeremias servando. » Rursum Jeremias omnis criminis per totam vitam expers fuit, ait S. Athanasius, serm. 4 *Contra Arianos*. Crimen est peccatum lethale, non veniale (1).*

Terio. Jeremias fuit sacerdos **(13)**, **doctor**, propheta et apostolus immediate a **Deo misus**, qui humanitate et condolentia in proximos, Prophetas omnes superavit, atque, ut ait Nazarenus, orat. *17 ad Cives Nazanini*, initio. « prophetarum omnium ad commiserationem fuit propensissimus. » Ipse enim solus solo Deo nixus, in summa republicis perturbatione, urbis obsidione et execilio, fratum salutem ardentissime, quasi alter **Paulus**, procurabat, idemque fecit post mortem, II. Mach. XY, 44, ubi Omnia Jude Machabaeo dixit: « hic est, qui multum pro populo, et uniu-

(1) Omne iurum lethali corporis experientia facit cum S. Athanasio S. Hieronymus, Origenes, S. Ambrosius, S. Gregorius Nazianzenus, S. Leo, S. Petrus Damianus et S. Thomas, qui omnibus in utero sanctificatis id commune facit. Vide cap. 1, vers. 4.

(2) Sacerdotum obire potuisse Jeremiam utpote
cerotitali stirpe orionum, hunc merito quisquam in du-
hiū vocaverit, obliue vero et sacrificiis in templo ope-
rare dedisse, nullo argumento denonstrari potes. Potio-
nes same partes ipsi in propheticō manere fuerunt, cui
admodum juvenis adhucvatore, quod cum ex eo quod
mūs si imponeundū ob juveniem statēm depre-
petur (1, 6), tunc ex temporis quo obitio suo prout spa-
tio satis diuturna, colligere hoc. (Bonaventura)

PROLEGOMENA IN JEREMIAH PROPHETAM.

re, et perdere, et iterum aedificare, et renovare.»

*Quinto, Jeremias, ut dixi, fuit martyr. Unde Terribilium in *Scorpiaco*, cap. viii: «Jeremias, aliud, lapidat, Iosua serratur, Zacharias intercedunt et altare occidunt, percanes cruxis sui maculas silicibus assignantur, et utique qui spirificat. Die agenbarum, ab ipso in martyria dirigitur, etiam passando que et predicassent.» Unde illud *Hebreo*, xi, 37: «Lapidati, sunt, » multa interpretes referunt ad *Jeremias*. Merito ergo *Jeremias* defunctus et in limbo existens, apparuit *Judee Machabeo*, et ostendit *ebrius* prophecias.*

chabae, & estate et gloria mirabilis, et magni deoris habitudine vallatus, *Il Macab.* vi, 13.
Sexto, Victorinus Martyr censuit Jeremiam in paradiiso vivere, atque venturum esse Eliam, ut prophetet et opposit se Antichristo: cagus sensus memini quoniam S. Hilarius, *Canon. XX. in Matth.* Probat in ex cap. i, 15. Sed alias illius loci est sensus, ut ibi dicunt: et dictis enim licet Jeremiam pro aliis, sed eis qui secundum Chaldaeo permixtum. Scriptis enim Jeremias ant captivitatem Babylonie, ac consequente ante corruptionem lingue Hebraice, quo factus est in Babylonie: ibi enim cum chaldaeis chaldaizaverunt Iudei captivi (i). Ego more naco in Ieremie explicatione, duo maxime pre oculis habui veritatem et brevitatem: illam secutum me scio ham assecutum.

QUESTIONE III. QUARES TERTIO, QUOD SIT JEREMIAE ARGUMENTUM, QUID TUE IPSE HOC LIBRO AGAT?

mulierum. Ridet hoc Ribera. Sonat enim fabellam Rabbinicam : talia enim tamque lepidas

et aliarum gentium : partim hortatus ad

etiam de cunctis genitibus; partim mortuorum ad
victas vitaem emendationem; partim incorrupt
peccata, maxime idolatriam; minatur, et sepe
lamentatur, totusque est patheticus. Secundo,
consolator suos, predicetque post 70 annos libera-
tionem et captivitate. Tertio, gestus sui temporis,
cum regum, cum populi, cum sua dicta et facta
sigillatum enarrat. Quarto, vaticinatur de Christi
Ecclesia, vocazione Gentium, gratia et felicitate
novi Testamenti. Idem argumentum tractant Eze-
chiel et Abdias. Unde magna pars Abdias in Jere-
miam continetur, at S. Hieronymus in *Abdian*, sub
titutum (1).

Secundu, dictavit hec Jeremias afflatu spiritu eius; scriptis vero ea, dictante Baruch ejus scriba, ut patet cap. xxxvi, vers. 4, qui et prophetas Ieremias diverso tempore edita, in hoc volumen colligit, neglegit tamen ordinem, unde priores sepe posponunt: quia de causa hic in Ieremias sepe preponuntur et perturbatus est ordine, vide *Can.* II. line etiam ultimum caput additum est a Baruch ex cap. tit. lib. IV *Regum*. Hec etiam est causa, ut Septuaginta subinde ordinem capitulu qui est

(1) Tres constitutae sunt, scilicet prophetarum par-
ticulares. *Prima* vaticinatio continet Judaeos spectan-
tes, quia a Jesu anno dominicae tertio usque ad excusim
dictum est "a sum," cap. i. **LXXX.**, cap. xiv. **Secun-**
dum vero, a complemento, quo post urbem exadiuit ad Ju-
deam aliquippe, partim in Iudea, partim forsan in
Iudeam, editus *tertia* vaticinatio apertos eorumdem temporum
scit, ut *ad Iosephum* et *ad Iacobum*. *Tertia* indeinde vaticinatio compre-
hendit contra alias gentes, velut *Egyptios*, *Philistinos*,
Ammonios, *Hidnum*, *Damascenos*, *Cedrenos*,
Samnitibus Babyloniorum, cap. xvi. *Tot* operi, cap. xii.
Mittit epilogus historicus, quo urbis exadiuit et que-
libet sicut consecuta, emeratur.

PROLEGOMENA IN JEREMIAM PROPHETAM.

solent esse Rabbinorum acumina et comme-

S. Ambrosius, et ex eo S. Augustinus, lib. II
De Doctrina Christiana, cap. xxviii, asserunt Platōnem tempore Jeremie in *Egypto* fuisse, et ab eo dicitur quae scriptū: « Nonne, inquit, memoratus Episcopus (Ambrosius) considerat historia gentium, cum Platōnem repperit Jeremias temporibus profectum fuisse in *Egyptum*, ubi tum ille Propheta erat, probabilis esse ostendit, quod Platō potius nostris literis per Jeremiam imbutus sit, ut illi posset docere vel scribere, quo jure laudantur? » Quocirca Genebrardus in *Chronolog.*, et ex eo Antonius Fernandus, lib. *De Vision. S. Script.* visione 11, in *Promocio*: « Jeremias, inquit, in Taphus philosophice incubata posuit, secretaria sapientia illeophantus imbues. Ejus fama excitat! Greci, peregrinationes in *Egyptum* suscepserunt, et post septuaginta annos philosophiam in Graeciam derivarunt. » Que cum granis salis accipiunt sunt: nam, ut de Thalete, qui flourit sub Cyro, concedamus cum juvenem potuisse videre et audiire Jeremias in *Egypto*; certe Platō, qui ducuntis annis Jeremias fuit posterior (vix enim sub tempora Alexandri Magni), eum videre et audire non possunt: profectus tamen fuit in *Egyptum*, ut sapientiam quam *Egyptii* a Jeremias et Hebreis hauserant, perdisseret. Quocirca S. Augustinus summa dictum ita candidè refutat, lib. I *Retract.* cap. iv: « In eo, inquit, quod dixi de temporibus historia, tanquam coetanei fuerint Plato et Jeremias, feliciter memoria! »

(1) Authenticias prophetiarum quae nomine Jeremie inscribuntur, et omnibus momentis nititur, quae alius quilibet liber vere authenticus sibi vindicaret potest, inquit Capito, *Tradit. ad lib. Vet. Testam.* part. III., cap. viii, § 3, velut argumentis extrinsecis ex scriptis sacris et traditione deponit, *interdictis*, ex nomine Prophete, de se semper ut oraculum auctoritatem, ex convenientia temporis, et omnibus circumstantiis historicis quibus aliud est, et *indirectis*, eorum quod impossibile sit ad aliud tempus vel ad aliud auctoritatem hujus huius originem referre.

Altaten quasdam invenit haec tres difficultates quo
sero legit Jeremie prophetas occurunt. *Primo*, que
nunc existat Jeremias vaticinia sunt ne eadem que
tante vate excepti, litterisque mandavit Baruch? Nam le-
gitimus, cap. xxxvii, Jeremianus quartus Joakimini omo jussum
a Deo, ut quis eius mandato edidisse oracula in librum
conscriberet, publice postea in templo Iudeis praedile-
gandam, ad se accessisse Baruch filium Neria, scribam, cui
dictarit calamo excepitque quemque inde ab eo tem-
pore quo valem agere coepit, usque ad quartum Joakimini
annum tam in *Julius* quam in alias gentes pronuntia-
set; discivo vero et in ligno conjecto a Joakimino reg-
volumine illi (vers. 33), vatem adorasse novum codicem,
qui eadem, que priori oraculo a Baruch deinde inseruitur,
et non angari cursum (vers. 81, 83, conf. *XXXV*, *VIII*, *IV*).
Incertum est, reciteremus membrorum quemque rector-
ex its oracula, quae per viginti trium annorum
patuum editi, an vero praelegiter Baruch a volumine
iu ipsius manu scripto, in quo vaticinia et singula edi-
derat, litteris mandavit. Verba quidem hebreaca vers. 18
arque admittuntur. Rogatus enim Baruch, *XXXV*, *VI*,

Scripsit in varias e Jeremias sententias Origenes homilias 14, quæ extant tom. I Origenis, quæ in Latinum vertit S. Hieronymus. Scripsit quo-

qua ratione que praelegisset Jeremias prophetias litteris mandasset, sic respondit: *Ez* quo ex iudeoquaque quas legens ad me omnes sermones istos, et ego scriberiam in volumine atramenti. Verbum *NTP* praelegendo significante scripturam huius ipsius capituli ex. 15 vide *Ezech. xxiv. 7; Deut. xvi. 19*. Schumacher numerus in *Observationes ad vaticiniam Jeremiae*, ad verba altera alia xxvi. 18, haec nota: *Quod autem Jeremias dictando rem omnem absolvat, hinc obscurum indicium est, ex memoria numero omnia ipsi haurienda fuisse et quasi repetenda; et item scriptum quidquid si penes se habuisset, non era cum dictare Baruch, sed poterat illi quo scriptum esset tradere exscribendum.* Verum, ut hene nota Rossenmeyer potest, Jeremias Baruch qui litteris essent mandanda praelegendio idea dicente, ne forte Baruch illa magna vatis radiuus litteris exarata sinistre legens falsa scriberet, sicut nec crederem, omni comittere.

alterum horum vero sonus, hoc certum videtur illi quoq[ue] alterius Jeremie exaravit volumen, vaticinia ab illo plane quae non hodie compront, ordine disposita fuisse. Nam qui nunc exstant *Jeremie liber* in priori (cap. lxxxv) plura exhibet vaticinia, que Selecia temporis sunt edita (cap. xii, xvi, xxiv, xxx, xxxi, 2; xxxii, xxxiii, xxxiv), quae sunt ei volumini, nonne Burch quarto Josuim anno scripti, inesse non poterant? Contra, hanc panem, qua illud continetur delibera, ut pote quarto Josuim a meo min edita, in eo quem non possidemus *Jeremie liber*, partem eis posteriorum occupat.

Secundo, illa prior quasit luic sequenti viam dicitur ad quae non Jeremie libro continetur vaticinia, sed secundum tempora, quo sunt edita, ordinis disposita. Cui quidem questionis respondendum negatur, nam si hoc Roscellanum, Jeremie librum peruvolenti usq[ue] in oculos incurrit necesse est, minus turbatum esse vaticiniorum ordinem, nec eorum seruum regum successione temporum ordinis responderet. Argumento sunt confirmare quae am, qui sunt edita, notam prefixam haec oracula, quod quia antecesserant, in ultimum penit locum aut diutum post medium sibi reponunt, rurisque postrem pronuntiata sub Selecia, regum ultimo, priori loco se committant...

Porro, quis sit eaeus lugine perturbatio orinatis, non una est, omnium conuenientia sententia. Nam alii canunt reperitum inde quod, cum rite prius inter se discesserit fuisse vaticinia, causa deinde, vel librationem incurat ad humorem essent confusa. Vitrina sparsim editas sedeque singularis inscripta Jeromina prophetae, post eius depositionem excessum a Baruch collectas latitudine, que amissio numero in unum volumen collaudisse constet; sed quod species variata baruch Jeremie coevum sit illa oracula in ordine quae nunc sunt, nullum ratione habita ratione, collegisse posse. Juxta Eichorniam (*Eineit, in das alte Testam., tom. III.*) vates quanto denum Jochimini anno vaticinio, que usque ad hoc tempore solitus, litteris mandari curavit, nec tam tempora quae edita esse, ordinis servato, quod etiam moriter distasset. Illa singulis schedis, ut Eichorn fere opinio, a Baruchi inscripta vaticinia temporis successus novis adusta post dirutum urbem conscribi in unum volumen curvit, quod exsulibus Babylonum miserit. Quare secum retinuisse chartas, vatem in Egyptum deponitum existimat Eichornius retratasse, et alle vaticinias nec tunc tamen secundum temporis ordinem dispositas, immo et interpolasse, alla auxisse et amplificasse, et abinde adesse, quae ad ea clariora redirent et melius intelligenda facerent, quemadmodum et plana nova addidit, ut hec omnia serie continua in unum volumen perscripsi.

PROLEGOMENA IN JEREMIAM PROPHETAM

qua in Jeremiam S. Hieronymus usque ad cap.

Dicitur nam nonnulli an hic *Commentarius*, sit S. Hieronymi, eo quod ejus vigore et acerbitate non referat. Verum Rabanus, Cassiodorus, Marianus, Trithemius, Sixtus Sinensis Doctores Lovanienses et alii passim tribuant eum S. Hieronymo. Quintino Rabanus fateatur se summa *Commentaria in Ieremiam* usque ad cap. xxxix.

confessisse ex hoc Commentario S. Hieronymi
paucis additis ex suo, et ex Origene et S. Gregorio.
Quoce Commentarius Rabani non est idem
eum Commentario S. Hieronymi, sed ex eo de-
promptius, eoque auctor, ut patet utrumque con-
ferent. Porro minus acerum hic esse S. Hieronymum
non mirum erat enim ipsi hec scribens

morbis, laboribus et astate confectus; fuit enim
hoc ejus ultimum opus in Prophetas, ut ipse fati-
tur in Proemio, dum sic orditur: »Post explana-
tionem duodecim Prophetarum, et Isaiae ma-
lis et Ezechielis, ad extremum in Jeremiam ma-
num mittimus. » Addit, brevior ceteris est his
ejus Commentarius, et imperfectus: finitus enim
cap. xxxii.

Scripterunt insuper in totum Jeremiah Theodore, Rupertus, S. Thomas, Hugo, Lyranus, Dionysius, Vatablus, Andreas Capella; atque omnissime exactissimeque Christophorus a Castro, Joannes Maldonatus et Gaspardus Sanchez, omnes e Societate nostra (1).

pluribus locis alter et brevis quam noster, comparatus et dispositione suisse noceat est. Videat jam tunc, addidem anactor, cum Jeremie liber prius in grecorum sermonem est translatus, duplex possunt textus illius recensio in codicibus existuisse, altera magis germana et alter Palestinae Judaeo propagata, quare nonnulli hebrei codicibus exhibent, altera negligentes proximitate, multo et pars interpolata, quia Iudei Aegypti uehantur, qua Graca Alexandria interpretatio ex confecta.

Istam sententiam cui et ipse Eichorn assuntum, rejec-
Michaelis et contra illam editionem et quia greca inter-
pretatio fluxit, genitum et ab intrusa scholae opinione
esse censem, nostrum vero textum hebreum depravatum
fuisse variis additamentis antamat; proorsus abjudicandum
est isti Michaelis opinio que Vulgata nostra, quoniam ex
pressum tenacis concilium Tridentinum authenticam de-
claravit autoritatem, labefactat et destruit.

Admittit igitur potest textum hebreorum quem translati
Grecus interpres, minus integrum fuisse quam illa pars
utrumque, *secundum*, forsitan nihil potest sive. Grecorum
interpretent plurimos locos praeconcessisse vel in latere vel in
vel quia alibi inventebantur, sive amonuntam incurias
vel temeritatem, haec ut superbia et negligentia circum-
scia fuisse. Nemus est enim qui non fecerit. Septuaginta
versionem perniciens hincus generis erroribus perturbatiss.
Ceterum ista praeconcessione nullum modo arguitur
quam grecis versionibus praedictis possunt, nam non
magno momenti, et quia praeconcessione utreroen
huius libri loqui respertinet, ita ut ista versio generaliter
superius sufficenter substantiam, et vim inserviat, exinde
recte saltem in his casis ad filiorum etiam respertinet.

de autem divina et caucaua huius libri nihil
comis, nisi quod Iosephus sua vaticinia divina insti-
tutum edidisse, aequaliter jure merito inter libro-
cauca illis locaua obtineat, Hebreis et Christianus omni-
tem tempore perspicuum fuerit. Nam et Christus ipsius dictu-
mum ex Jeromita calculu lucem feneratur, eorumque
autem Jeromita calculu lucem feneratur, eorumque
autem Jeromita calculu lucem feneratur, veluti in admoni-
tiona illa Matth. xii, 28, ex Ierex. vi, 16, in extollendis
domus sua profanatione, Matth. xxi, 13; xii, 17.
Luc. xix, 46; Journ. ii, 16, ex Ierem. viii, 11, apostoli
quique saepius dominum auctoritatem et firmamentum ad-
iungunt Jeremie afflati, velut Paulus, Rom. xi, 21, et
Ierem. xxv, 6; Cor. i, 31, ex Ierem. xii, 24; i Cor. viii,
16, ex Ierem. xxi, 12; Hebr. 1, 15, ex Ierem. xxv, 13, et
vers. 31.

(v) in uniusmodi diversioribus, sicuti ceteris res, qui non sine fructu consulendi sunt, indigitare opportunum judicamus.

Inter Catholicos, Michael Ghislerus, Theatinus, qui
Lugduni 1623 opus egregium edidit, cui titulus : *In His-
remiam Prophetam Commentarii juxta sensum literalem,
mysticum et moralem, et juxta lectiones, vulgatam, ha-*

CHRONOTAXIS ORACULORUM, SIVE ORDO CAPITUM ET GESTORUM JEREMIE.

Quia ordo capitum et oraculorum in Jeremias valde perturbatus est, ut dixi, hinc ex suo ordine digram, eaque seriatim in quatuor partes distribuum. Sequit Abulensem in fine lib. IV Regum, Tornelli, et maxime Christophorum a Castro, qui in Proemio exactam habet chronotaxin.

Prima ergo pars complectitur ea que Jeremias prophetavit sub Josia rege, quibus carpit idololatriam et vitia populi; ministratur et predictur per Chaldeos. Incipit haec a cap. 1, et pretenditur usque ad cap. XVII, exclusive, excepto cap. XXV, quod ad Sodecie, et cap. XIII, quod ad Joakim, et a vers. 18, ad Sodecie, tempora pertinet, ut mox dicam.

Secunda pars est eorum que prophetavit sub Joachim filio Josie, et Joachim, sive Jechonia filio Joakim: mortus Josia, et amato Joachim filio eius, adhuc funebri planctu durante, mititur Jeremias ad Joakim, monetque ne fleat Josiam, sed postum Joachim non reditum est in Egyptum, et scimus, ex quod sepultura asini sit sepelitus, illic ergo peribuit cap. XII, a vers. 1 ad vers. 24, ut patet ex vers. 10 ibid.

Sub idem tempus, prophetans in atrio templi exadiun urbis et templi capit, et rursus mortis

brevis, paraphrasis Chaldaica, et Graeca, cum catena Graecorum Patronum, grace et latine, etc., etc., 3 in fol.

Inter heterodoxas, Sabati, Schmitt edidit: *commentarium in librum prophetarum Jeremias, in quo textus exquisitiiori analysi resolutam, annotationibus ad singulos, versus d'istratur, singulis etiam deinde istis certi loci communis sufficientiam, Argentorati, 1685, in 4°, deinde Francforti ad Moen. 1697 et 1705, duobus, tom. in 4°. Ex hoc isto egregio commentatore ex magna parte deponuntur sunt annotationes Biblio Joan. Henrici Michaelis.*

Hieron. Venetus *Commentarius ad librum prophetarum Jeremias, quo conciones rite distinguuntur, scopus, nrs series sermonis accurate investigatur, pergena paraphrasi expioni, et selectis observatis voces et phrases illustratur, az implementis demonstrationis ubi opus f'cere conuenient, lucent probant Leovardie 1705, 2 in 4°.*

Commentarium Joan. Henr. Pareau, Leydii edidit, 1790, in 8° inscriptum: *Threni Jeremias philologiae et critice illustrati, quem magis faciunt Scripture sacre professores.*

Em. Frid. Car. Rosenmüller, *Scholia in Jeremias vaticinia et Threnos, 2 in 8°, Lipsiae 1828 prodierunt, in quibus auctor non parvam utilitatem ex se eripentes qui ante scriptoribus duxit.*

Joannes Georgius Dahler, Argentorati edidit 1825-1830, opus in Jeremian, ex titulus: *Jeremie, traduit sur le texte original accompagné de notes explicatives, historiques et critiques, quod satist elucidat Jeremias prophetas.*

Addendi sunt illi Jeremias interpres qui vel omnes veteris Testamenti libros, vel prophetas consitos verterunt et commentariis explanarunt, et qualiam alii qui aliquas tantum partes Jeremias prophetiarum erat auferunt, ut Hoenstemberg qui in tercio parte *Christiologiae in oracula quae ad Christum referuntur annotationes philologicas scripsit bona frugis plenissimas.*

agitur; sed ab Abicam liberatur, cui narratur cap. XXVI hic ergo colloquendum est cap. XXVI.

Sub idem tempus, jubetur sumere catenas, postea sub Sodecie militantis vicinis gentibus, ut patet cap. XXVI, a vers. 1 ad 4.

Sub idem tempus, prophetat ea que habentur cap. XVI, scilicet peccatum Iuda esse indelebilis, quod suppetitis Egypti confusus, nollet se subjicere Babylonio iam se ad bellum paranti.

Anno 4 Joakim prophetat in que habentur cap. XXV, de calice, id est clade activa Chaldeorum, quodque eis servient gentes 70 annis.

Eodem anno contingunt ea que dicuntur cap. XLVI, a vers. 2 ad 12, de Pharaone Necho excedendo, et paulo post eoso a Nabuchodonosore iuxta Charcamos, eaque occasione mox

ergo prophetare, Egyptum subjugandam a Nabuchodonosore, ibidem, vers. 3 usque ad fin. cap.

Eodem anno contingunt ea que dicuntur cap. XXXVI, de oraculis et misericordiis Jeremias scribendis, et a Baruch legendis populo ex libro quem com- bus illi Joachim, sed restauravit Jeremias, et qua cap. XLV dicuntur de Baruch timente et conformato a Deo.

Anno circiter 7 Joakim contingunt ea que narrantur cap. XXXV, de Rechabites, et que dicuntur cap. XIII, a vers. 1 ad 18, de lumbari luto, quodluti ad Euphrat, deinde laguncula contrita in signum clavis future.

Mox secuta sunt dicta sub Joachim sive Jechonia filio Joakim. Nimirum cap. XXI, a vers. 24 ad finem, prophetat Jechoniam ducentum esse in Babylonem, et inde nunquam redditum.

Cap. XXIII, invehitur in regum negligientiam, quod illi fuerit causa excidi et captivitatis populi, atque novam reipublice formam per Christianum et Apostolios pollicetur.

Tertia pars connect oracula dicta sub Sodecie, qui Jechoniam successit, usque ad exadiun urbis inclusive:

Anno 1 Sodecie dicta sunt que habentur cap. XXIV, de duabus calathis fierum, qui significabant bonam Jechoniam et adiutorum transmigrantium sortem; miseram vero Sodecie et aliorum Hierosolymae manentium, et Chaldeorum rebellantium.

Et que cap. XXIX scribuntur ad Jechoniam et aliis in Babylone, quod ibi mansuri sint 70 annis.

Et que cap. XXX et XXXI predicti de solvenda captivitate, tum temporali per Cyrum, tum spiritali per Christum.

Et que cap. XVII habentur de angulo, cuius adinstar Deus potest populum fingere et refingere, eumque libertati restituere.

Et epistola quo habetur cap. X, qua monet transmigratos, ne colant signa cœli et idola Chaldeorum.

PROLEGOMENA IN JEREMIA PROPHETAM.

Et que habentur cap. XXVI, 3, usque ad finem, de catenis missis ad vicinos regos; quequa habentur cap. XXVII de eorum confractione per Hachaniam, et commutatione in ferreas.

Unde sub idem tempus, videatur dicta ea quo cap. XLVII et XLIX prophetat contra vicinos reges et gentes, scilicet contra Moab, Ammon, Idumeam, Damascum, Cedar et Elam.

Cap. XLIX, configit lagunculam in atrio templi, ut ostenderet populum si esset conderendum; hinc cap. XX, incarcerauit a Phasur, minatur ei interitum; atque ex tecido vite, et seruacione arceribute, maledicti diei nativitatis sue.

Mox cap. I et II, prophetat exadiun Babylonis, per Cyrum et Darium: quod enim id factum sit anno 4 Sodecie, patet *Jeremias* II, 59.

Cap. XLIX, militat Jeremias ad Sodeciam rebellantem Nabuchodonosorem, et ad regnum, ut mutaret eis regni eversionem. Patet id IV Reg. cap. XX, et cap. IV, 1, et ex Josepho, lib. X *Antiq.* cap. X.

Cap. XXXIV, obessa jam Jerusalem, cum Judæi fodus cum Deo renovasset (ideoque Chaldei recessissent pugnaturi contra Egyptios), sed mox illud violasset, predicti Chaldeorum redditum.

Cap. XXXVII, idem significat Sodecie; cumque egredieretur in Anathoth a Jeria caput, detrusus fuji in eortem.

Cap. XLVII, prophetat Palæstinos vastundos per Chaldeos: hoc enim factum esse anno nono Sodecie, patet cap. XLVII, 1.

Cap. XI, cum redisset Nabuchodonosor ad obsidionem Jerusalemit, Sodecie militent, ut pro recessu hostis oraret, respondit Jeremias eum non recessurum, sed si salvis esse velit, ei se dedat.

Cap. XXXI, Jeremias in carcere jubetur emere agrum sui patrulus, ut per hoc significet, captivos a Babylonie redditus ad suos agros.

Cap. XXXII, promittit felicitatem post tempus captivitatis.

Cap. XXXVIII, conjicitur in lacum, cum predicaret transfigentibus ad Chaldeos salutem, et interitum remanentibus, sed eductus ab Abdemelech, et colloquitus cum rege, mansit in vestibulo "pros.

Cap. XXXIX, a vers. 15 usque ad finem, promittit Abdemelech incolumentatem in excidio urbis.

Mox cap. XXXIX, a vers. 1 usque ad vers. 13, captiur Jerusalem, Sodecie execucatur, filii et principes occiduntur.

Quarta pars complectitur oracula et gesta post exadiun Hierosolyma.

Cap. XI, Nabuzardan commendat Jeremiam Godoliam, quem Nabuchodonosor constituerat pres dem Judee.

Liber jam Jeremias videtur scripsisse epistolam ad abducendos Babylonem, de non colendis idolis Chaldeorum, quo habetur cap. VI *Baruch*.

Urbis everua, videtur compositus Threnos.

Cap. XII, Ismael mense septimo occedit Godoliam; et Johanan reducit et colligit reliquias populi, cogitatque fugam in Egyptum.

Cap. XIII, principes consultunt Jeremiam, ille vetat fugam, atque si fugiant in Egyptum, eos ibi vastando a Nabuchodonosore.

Cap. XIV, principes non credentes Jeremiek, et cogentes Jeremiam omniesque Judæos secum suos in Egyptum, cum Deo renovasset (ideoque Chaldei recessissent pugnaturi contra Egyptios), sed mox illud violasset, predicti Chaldeorum redditum.

Cap. XLVIII, Judæis in Egyptum, et Pharaoni Ephree minatur captivitatem: unde hac de causa videtur a Judæis paulo post fuisse lapidatus ante exadiun Egypti: hic enim finitur ejus propheticia, illud vienepat Jeremias fit mentio.

Nabuchodonosor invasit et occupavit Colesyriam, Ammonitam, Moabitam, et alias gentes, ut predixerat Jeremias. Ita Josephus lib. X *Antiq.* XI.

Eodem anno occupavit Egyptum, Pharaonem Ephree occidit, Amasis regem constituit, Judeosque 745 captivos duxit Babylonem, ut patet *Jeremias* II, 30, et ex Josepho. Inter eos duxitus est Baruch; nam Jeremias iam erat occisus. Ita a Castro et alii. Sed verius videtur Egyptum subactum esse a Nabuchodonosore post 12 annos, scilicet anno regni ejus 33, ut dicam *Ezech.* XXIX, 17.

Anno 6, qui erat quintus eversionis Jerusalemit, et Nabuchodonosoris 26, die 17 mensis quinti, liberum a se scriptum legit Baruch Babylone coram Jechonia, et toto populo, *Baruch*.

PROLEGOMENA IN JEREMIAM PROPHETAM.

QUOT ET QUIDIBUS IN REBUS JEREMIAS FUERIT TYPUS AUT PROPHETA CHRISTI (1).

JEREMIAS.

I. Jeremias dicit Deus, cap. 1, 5 : « Prisquam te formarem in utero, novi te : et antequam exires de vulva, sanctificavi te. »

CHRISTUS.

Sic de Christo ait S. Matthaeus, cap. 1, 18 : « In ventu est (B. Maria mater Iesu) in utero habens de Spiritu Sancto. » Et Angelus, vers. 20 : « Quod enim in ea natum est, de Spiritu Sancto est. » Item Angelus, *Luce* cap. 1, 35 : « Ideoque et quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur Filius Dei. » Denique Isaia, cap. XLIX, 1, de Christi ait : « Dominus ab utero vocavit me, de ventre matris mea recordatus est nominis mei. »

II. Jeremias dicit Deus, cap. 1, 5 : « Prophetam in gentibus dedi te; » et vers. 9 : « Ecce dedi verba mea in ore tuo : ecce constitui te hodie super gentes, et super regna, ut evellas, et destruas, et disperdas, et dissipes, et adficies, et plantes. »

III. Jeremias dicit Deus, cap. 1, 18 : « Ne formides : ego quippe dedi te hodie in civitatem mutantam, et in columnam ferream, et in murum aureum super omnem terram. »

IV. Jeremias ait, cap. 1, 11 : « Virgam vigilans tenui ego video. »

V. Jeremias ait, cap. II, 13 : « Ollam succensam ego video. »

VI. Jeremias, cap. I, 16, ait Deus : « Loquar hinc mea cum eis (gentibus) super omnem malitiam eorum. »

VII. Cap. II, 21, Deus per Jeremiam ait Synagogam : « Ego plantavi vineam electam, omne semen verum : quomodo ergo conversa es mihi in pravum, vinea aliena? »

VIII. Cap. II, Deus per Jeremiam : « Averratrix Israel, et pravaracatrix Iuda, revertere ad me, sanabo aversiones tuas. »

IX. Cap. VI, 6, Jeremias dicit Hierosolymam : « Hec est civitas visitationis ; id est punitionis et excidi, « omnis calumnia in medio ejus. »

X. Cap. VII, 11, Jeremias ait : « Numquid spuma latronum facta est domus ista, in qua inveniatur est nomen meum? »

(1) Quae fuerint similitudinis relationes inter Jeremiam et Christum luculentiter et pie exponit Bossuet in opere

PROLEGOMENA IN JEREMIAM PROPHETAM.

9

XI. Cap. IX, 23, ait Dominus per Jeremiam :

« Non glorietur sapiens in sapientia sua, et non glorietur fortis in fortitudine sua, et non glorietur dives in divitiae suis ; sed in hoc glorietur, qui gloriat, scire et nosse me, quia ego sum Dominus, qui facio misericordiam et judicium, et iustitiam in terra. »

Christus ait per Paulum, I Cor. I, 27 : « Quae sunt mundi electi Deus, ut confundat sapientes : et infirma mundi electi Deus, ut confundat fortia : et ignobilia mundi, et contemptibilia electi Deus, et ea que non sunt, ut ea que sunt destruerent ; ut non glorietur omnis caro in conspectu ejus. Ex ipso autem vos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia a Deo, et iustitia, et sanctificatio, et redemptio ; ut quemadmodum scriptum est : Qui gloriantur, in Domino gloriantur. »

De Christo ait Isaia, cap. LIII, 7 : « Sicut ovis ad occasione ducitur, et quasi agnus coram tendente se, obmutescat, et non aperiet os suum. »

Judei cogitaverunt Christum crucifigere, et acclamarunt Pilato : « Crucifige, crucifige eum, » *Ioan.* xix, 6.

Talis viator fuit Christus, qui per omnem Iudeam discurrat evangelizando, et post tres annos praedicationis, relicta terra quasi hospitio, ad sum redit celum.

De Christo ait Simeon : « Positus est hic in ruinam, et in resurrectionem multorum in Israe, et in signum cui contradicetur, » *Lue.* cap. II, vers. 54.

Christus vocavit Petrum et Andream pescatores dicens : « Venite post me, et faciam vos fieri pescatores hominum, » *Math.* IV, 19.

Sic Christus ex eodem luto et massa generis humani, facit « aliud vas in honorem, aliud in contumeliam, » *Rom.* IX, 21 et 22.

Sic Judei contra Iesum consilium inferunt, ut eum in sermone caperent, utque eum dolo tenerent ; imo falsos testes contra eum quassiverunt et subornarunt, *Math.* cap. XXI, 15, et *Math.* cap. XVI, 59.

Sic « unus ministrorum dedit alapam Iesu, dicens : Sic respondes Pontifici? » *Ioan.* cap. XVIII, vers. 22.

Sic Christus ait, *Psalm.* XI, 7 : « Ego autem sum summis, et non homo, opprobrium hominum, et abiectione plebis ; omnes videntes me, deriserunt me : loculi sunt labii, et moverunt caput. »

Christus, quia dixisse forebatur : « Possum destruere templum Dei, » etc., audit a Caipha tolologico concilio : « Reus est mortis, » *Math.* XXVI, 61 et 66.

Judei clamantes contra Christum : « Crucifige eum, » dierunt Pilato Christum innocentem liberare volenti : « Sanguis ejus super nos, et super filios nostros, » *Math.* XXVI, 25.

Math. II, 17, in infanticio Herodis ait : « Tunc adimpleretur quod dictum est per Jeremiam prophetam dicentem : Vox in Rama auditu est, plorant plorantes filios suos et solentis consolari super eis, quia non sunt. »

Isaias, cap. VII, 14, et ex eo *Math.* I, 23, de Chri-

Sic Christus dicit de se : « Posui (dominus) os meum quasi gladium acutum : in umbra manus sue protexit me, et posuit me sicut sagittam cletam, » *Isaia* XLIX, 2.

De Christo dicitur, *Psal.* II, 9 : « Reges eos in virga ferrea, et lanquam vas confinges eos. » Et *Psal.* XLIV, 7 : « Virga directionis virga regni tui. »

De Christo iudice dicitur, *Psal.* XCVI, 3 : « Ignis ante ipsum precedet, et inflammat in circumferentia inimicos ejus ; » et *Lue.* III, 17 : « Paleus comburet igni inextinguibili. »

Christus constitutus est iudex vivorum et mortuorum, atque in die iudicii Sanctis dicit : « Venite, benedicti Patris mei, » impis vero : « Discedite a me, maledicti, in ignem eternum, » *Math.* cap. XXX, 30 et 41.

Sic Christus eidem ait : « Homo erat paterfamilias, qui plantavit vineam, etc., et locavit eam agricolis : illi autem servos, quin et filium heri occiderunt ; ipse ergo « malos male perfet, » *Math.* XXXI, 33, 41.

Christus clamat, *Math.* XI, 28 : « Venite ad me omnes, qui laboratis, et onerae estis, et ego reficiam vos. »

Christus, videns Ierusalem, levit super eam, dicens : « Quis si cognoveris et tu, etc., quia venient dies in te : et circumdabunt te inimici, etc., et ad terram prosternebunt te, etc., eo quod non cognoveris tempus visitationis tuae. » *Lue.* XIX.

Christus ait, *Math.* XXXI, 13 : « Scriptum est : Dominus mea dominus orationis vocabitur ; vos autem fecistis illam speluncam latronum. »

aureo cui titulus : *Meditations sur l'Evangelie*, in ultima Christi hebdomada a die 98 ad 109.

XII. Cap. XX, 2, Phassur percussit Jeremiam Prophetam.

XXI. Cap. XX, 7, ait Jeremias : « Factus sum in derisum tota die, omnes subsannant me. »

XXII. Cap. XXVI, 11, Jeremias, quia prophet exodiuit urbis et templi, audit : « Judicium mortis est viro huic. »

XXIII. Cap. XXVI, 19, Jeremias ait : « Si occideritis me, sanguinem innocentem tradelis contra nos, et contra civitatem istam. »

XXIV. Cap. XXXI, 15, Jeremias ait : « Vox in excelso auditu est lamentationis, luctus et fletus Rachel plorantis filios suos et solentis consolari super eis, quia non sunt. »

XXV. Cap. 31, 22, ait Jeremias : « Creavit Do-

PROLEGOMENA IN JEREMIAM PROPHETAM.

mians novum super terram : FERINA CIRCUMDATA
SIT VIRUM. »

XXV. Cap. xxxi, 31, ait Dominus Jeremias : « Ecco dies venient, efficiam domui Israel et domini Iuda fidelis novum. »

XXVI. Cap. xxxvi, 26 : « Precepit rex Joakim, ut comprehenderent Baruch scribam, et Jeremiam Prophetam ; abscondit autem eos Dominus. »

XVII. Cap. xxxvii, 14, Principes Jeremiam cederunt, et miserunt in carcere.

XVIII. Cap. xxxix, Jeremias, a suis neci destinatus, a Nabuchodonosore et Chaldeis honorifice susceptus est.

XIX. Cap. xlui, 5, Johanan timens Nabuchodonosorem fugit, duxitque Jeremiam secum in Egyptum.

sito et virginem matrem dicunt : « Ecce Virgo concipiet et pariet filium, et vocabitur nomen ejus Emmanuel, id est Nobiscum Deus. »

Christus hoc fodum et testamentum instituit
Hebr. vii; Matth. xxvi, 28.

Sic Judei quiescerunt sepe comprehendere iussum : « Ipso autem abscondit se, et transiens per medium illorum ibat, atque sub fiam vita, scessit in civitatem Ephrem, *Joan. xi, 34.* »

Sic Judei Christum ceperunt, coluphizarunt et flagellarunt.

Ita Christus « in propria venit, et sui eum non receperunt : » scilicet Judei eum occidunt, sed Gentes eum suscepserunt et coluerunt.

Sic Joseph, timens Herodem infantiam, puerum duxit in Egyptum, *Matth. ii, 14.*

Bibliorum articuli ; per septem montes, septem Ecclesias Sacraenta significari videntur, quibus novam Christi Ecclesiam ornatam predixerunt Isaia et Jeremias. Esto enim hic Esdras liber non sit in canone sacre Scripture ; habet tamen suum auctoritatis pondus, idque magis quam aliorum Doctorum libri : unde et Ecclesia illum libris canonicos proxime subnecit.

CAPUT PRIMUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Est hoc caput proemium totius libri : docet enim Jeremias, quomodo a Deo ad manus prophetarum destinata sit, et quasi consecratus ab utero, idque ad hoc, ut attentionem sibi conciliet. Unde secundo, vers. 6, vocati a Deo ad prophetandum se excusant, dicens : Quis puer ego sum. Cui Deus : Ecce dedi verba mea in ore tuo : Ecce constitui te hodie super gentes, et super regna. Tertio, vers. 11, videt virgam vigilantem, et ollam successam, per eaque portaviti excidium Iudea per Chaldeos audi. Denique, vers. 18, eum redorans Deus ait : Dedi te hodie in civitatem munitam, et in columnam ferream, et in murum arcuum, ut fortior sis regibus et principibus omnibus (1).

1. Verba Jeremiae filii Helcia, de sacerdotibus, qui fuerunt in Anathoth, in terra Benjamin. 2. Quod factum est verbum Domini ad eum in diebus Josiae filii Amoris regis Iuda, in tertio decimo anno regni ejus. 3. Et factum est in diebus Joakimi filii Josie regis Iuda, usque ad consummationem undecimi anni Sedenice filii Josie regis Iuda, usque ad transmigrationem Ierusalem, in mense quinto. 4. Et factum est verbum Domini ad me, dicens : 5. Priusquam te formarem in utero, novi te : et antequam exires de vulva, sanctificavi te, et prophetam in Gentibus dedi te. 6. Et dixi, A, a, a, Domine Deus : ecce nescio loqui, quia puer ego sum. 7. Et dixit Dominus ad me : Noli dicere : Puer sum : quoniam ad omnia, que mittam te, ibis : et universa, quaecumque mandavero tibi, loqueris. 8. Ne timeas a facie eorum : quia tecum ego sum, ut eruam te, dicit Dominus. 9. Et misit Dominus manum suam, et tetigit os meum : et dixit Dominus ad me : Ecce dedi verba mea in ore tuo : 10. ecce constitui te hodie super gentes, et super regna, ut evellas, et destruas, et dispersas, et dissipes, et adiicies, et plantes. 11. Et factum est verbum Domini ad me, dicens : Quid tu vides, Jeremias ? Et dixi : Virgam vigilantem ego video. 12. Et dixit Dominus ad me : Bene vidisti, quia vigilabo ego vero verbo meo ut faciam illud. 13. Et factum est verbum Domini secundo ad me, dicens : Quid tu vides ? Et dixi : Ollam successam ego video, et faciem ejus a facie Aquilonis. 14. Et dixit Dominus ad me : Ab Aquilone pandetur malum super omnes habitatores terrae. 15. Quia ecce ego convoco omnes cognationes regnum Aquilonis, ait Dominus : et venient et portent unusquisque solium suum in introitu portarum Ierusalem, et super omnes muros ejus in circuitu, et super universas urbes Iuda. 16. Et loquar judicia mea cum eis super omnem malitiam eorum qui dereliquerunt me, et libaverunt deis alienis, et adoraverunt opus mannum staurorum. 17. Tu ergo accinge lumbos tuos, et surge, et loquere ad eos omnia quae ego praecepio tibi. Ne formides a facie eorum : nec enim timere te faciam vultum eorum. 18. Ego quippe dedi te hodie in civitatem munitam, et in columnam ferream, et in murum arcuum, super omnem terram, regibus Iuda, principibus ejus, et sacerdotibus, et populo terra. 19. Et bellabunt adversum te, et non prævalebunt : quia ego tecum sum, ait Dominus, ut liberem te.

4. VERBA JEREMIE. — Titulus libri est, sicut ille apud Isidorem, cap. i, a visio Isaiae, n. q. d. Hic liber continet verba Jeremie, puta verba Dei, scilicet

oracula quæ locutus est Deus ad Jeremiam, quæque Jeremias audivit a Deo; unde Septuaginta vertunt, verbum Dei quod factum est ad Jeremiam

(1) Istud proemium est : *Primo, bibliicum, notans pri-*
mo, auctoris nomen et genus, 1; secundo, libri titulum,
et prophetae ac scriptoris tempus, 2, 3.

Secundo, historicum, enarrans, primo, Dei Jeremiam in Prophetam antequam natus esset destinantis, vocacionem,
4, 5; secundo, Jeremias pueritiam suam obtinens ex-